


**Programma Quo Ad exsequias ... Dn. Andreae Groshenning SS. Theologiae
Doctoris ... Omnes Academiae Cives ad medium primae Officiosissimae &
humanissime vocant & invitant Decanus & reliqui Facultatis Theologicae
Professores in Academia Rostochiensi**

Rostochi[i]: Pedanus, 1625

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756281202>


Druck Freier  Zugang






Uiac
orum
regium.

Vol. 241. (3.) <SON>





PROGRAMMA

Quo

Ad exsequias

Reverendi, Clarissimi, Excellentissimiq;

VIRI,

DN. ANDREÆ
GROSHENNING

SS. Theologiæ Doctoris exi-
mij & Professoris ac ad D. Jacobi
Pastoris designati,

Omnes Academia Civēs

ad medium primæ

Officiosissimè & humanissimè

vocant & invitant

DECANUS & reliqui Facultatis Theo-
logiæ PROFESSORES in Academia
Rostochiensī.



ROSTOCHI

Typis exscripsit Joachimus Pedanus Acad. Typ.
ANNO M. DC. XXV.

PROBANDI

Ad calculum

Reverendi, Illustrissimi, Excellentissimi

Viri

DN. ANDR. E.

GR. OSHEINING

SS. Theologiae Doctoris exi-

mi & Professoris ac ad D. Jacobi

Facultatis

Oratoris

ad medicinam


Officiorum & humanitatis

Oratoris

DEANUS & rector Facultatis Theo-

logicae ROSTOCKENSIS in Academia

Rostochensi



ROSTOCKI

Typis conspecti Johannis Thomae Noddi Typogr.

MDCCLXXV. DE. XXV.

136

DECANUS ET RELIQUI FACULTATIS THEOLOGICÆ PROFESSORES IN ACADEMIA ROSTO- CHIENSI.



Uam incertæ sint res ac
spes humanæ vel tacita clamat
experientia, & tam sacra quam
profanæ literæ testantur, quarū
illæ in clamant, sapientissimo re-
ge interprete, *ne glories de die
crastino, quia nescis, quid paritu-
rus sit ille dies*: in his verò ex luce
naturæ, quod cursum ejus cu-

riosius perlustrarent oculis sapientes, similes omnino re-
periuntur sententiæ, siquidem notum est illud tritum,
Nescis, quid serus vesper vehat: neq; ignotum istud
Anacreontis, *τὸ δὲ ἄνερον τις αἰδεν*; Sortem hanc non modò
corpora humana, sed etiam politica, proh dolor, cum
aliàs semper, tum in hac mundi senectâ crebrius experi-
untur, quando

subito casu, quæ valere, ruunt.

Ubi maximè mirandum nobis, qui Dei consilia rimari
vel perscrutari nequimus, unde vel quâ ratione com-
munibus miserijs, ijsq; malis, quæ, si rationis iudicium
sequaris, non nisi malos premere debebant, ipsi quoq;
non modò pij, sed etiam illi, qui alijs ad pietatem duces,
invol-

involvantur. *O altitudo divitiarum, tum sapientie, tum cognitionis Dei!* Nam quod magis admiremur est illud, quod plerumq̄ pios in hac vita affligi, impios bene beateq̄, externa hæc quod spectat, & non rarò diu vivere cernamus, siquidem *Deus illorum ventrem implet recondito suo thesauro, satiantur eorum filij, & relinquunt excellentiam suam infantibus, & ut in Psalmo alio canitur, in labore mortalium non sunt, & cum reliquis hominibus non afficiuntur plagis.* Ita Abel Dei metuens cadit ante diem fratre improbo superstitè & urbes condente: Abrahamus hinc inde vagatur extorris, Nimrod latè regnat: Israhelitæ Dei populus & peculium, premuntur atq̄ gemunt, Philistæi contrâ triumphant: Pharisei & Scribæ dominantur, Christus & apostoli persecutionem & varia mala perpetiuntur: Herodes in purpurâ resplendet, Johannes baptista in carceris squalore delitescit & sanguinem suum fundit; Lazarus omnium rerû egenus cum fame & morbo miserè conficitur, dives epulo strenuè heluatur. Ecce hæc est rerum facies in mundo, eamq̄, dum mundana sapimus, non intelligimus, non capimus. Nec minus, quàm homines, ipsæ urbes multorum hominum matres, mutantur, jam exstruuntur & videntur, jam destruantur & veluti situ ac pedore obrutæ rigent, nunc incolarum copiâ se ostentant, nunc civibus suis viduatæ & depopulatæ ruinam minantur extremam, imò integra regna bello tandem prorsus vastantur, omniq̄ decore spoliuntur. Et hic quòq̄

sæpe pij dubiam trahit hæc sententia mentem, cur Judæorum ut Edomæorum, Davidis ut Sennacheribi regnum & potentia concidat, neq̄ illi meliori fruantur sorte, quàm extremè mali Ecclesiæ hostes.

Sed

Sed non est, quod abeamus longius. Eadem non ita pridem & vidit in corpore politico, Archiepiscopatu Magdeburgensi, cuius membrum Loburga oppidum, & ante paucos dies in suo ipsius corpore expertus est *Reverendus, Clarissimus & Excellentissimus Vir, Dn. ANDREAS GROSHENNING S. S. Theologiae Doctor eximius, & jam designatus apud nos Professor ac Pastor*, cui ut praeter omnem spem hic annus jamjam decurrens finem vivendi attulit, ita nobis, qui eum habituri eramus collegam, si Deo ita visum, ipsi iusta solve inopinata cogit, jubetq, quum aliud non datur, quod tamen suo jure videtur flagitare, hoc chartaceum statuere monumentum. Non autem sine causa huic nostro *parvae* Loburgae ante annos triginta septem nato parens ipsius (qui ibi tum pastorem agebat fidelissimum) gratulari poterat, non quod gaudebat quondam Philippus Macedo, filium sibi Aristotelis tempore in has luminis oras esse editum, sed ibi & tum temporis hunc vivere coepisse, ubi & quum purior religio jam pridem ex tenebris, quibus tantum non erat demersa, beneficio Dei, opera B. Lutheri caput extulerat. Pater pietatem (quod decebat vel maxime animarum curatorem) filio fideliter a teneris instillavit, & ut esset etiam hic typus gregis, recte sua praesse domui studuit, filiumq in Domino habuit rectum ad ingenium bonum, &

Ut bene conveniunt & in una sede morantur

Præceptor fidus, discipulusq pius:

Ita etiam patrem recte omnia prae monstrantem facile & libenter secutus est hic non degeneratus. Unde factum, ut, cum excreverat, & spem de se, quam non fellit, concitaret egregiam, parens eum ablegaret ad




scholam Brandenburgensem. Hic ille veluti furculus generosus ab hortulano arbori frugiferae in situs, magis magisque bonae indolis excultae specimina edidit, tantumque profecit in bonis literis, ut cum fructu ad celeberrimam Academiam Witebergensem transfret. Eò translatus non statim ad superiora illa, neglectis veris fundamentis (quae nisi quis fideliter jecerit, quicquid superstruxerit, corruet) perverso quodam discendi ardore transilijt, sed in addiscendis artibus, linguisque Theologo necessarijs diu fuit totus, donec illis non superficietenus & leviter tinctus, sed penitus imbutus ad historiam Ecclesiasticam, & imprimis SS. Theologiam animum appellere, de consilio aliorum, merito debebat. In quo studio ita fuit versatus, ut alijs suis commilitonibus pietatis, industriae ac virtutis omnigenae, imprimis autem sobrietatis praeberet exemplum. Neque passus est se ab hoc recto discendi tramite aliorum, sive licentia, sive malitia, unquam abduci, quin annos quatuordecim integros ipsos in illo religionis ac sapientiae *candido monte* laudabili ausu & impigro nisu traduceret. Quando autem ita sementem fecerat, facile quivis conjecturam capit, quae fuerit speranda messis. Deus enim non deest sua benedictione, ubi nostra exorsa & conatus se recte habent. Vide enim, quaeso, quomodo (quod ipse pie defunctus in ultima concione declarabat) gloriam esse velut umbram, quae fugientem sequitur, sequentem autem fugit, suo exemplo probarit, quando illum in laboris fano gnaviter rerum suarum sat agentem Deus ipse ad templum honoris deducit, & anno 1622. quum legitime ad pastorem, (cui quatuor fere annos cum laude praefuit) in patria vacante, esset vocatus, a celeberrimis Witebergensis Academiae Theologis dignus est habitus, cui summus in Theologia honor


honor concederetur. Neq; hoc tantummodo bonum ei obtigit, sed largâ manu etiam aliud adjecit divina benignitas, lectissimam & nomine suo dignam, *Euphrosynam, Admodum Reverendi, Clarissimi, Excellentissimiq; Viri Dn. Polycarpi Lyseri, SS. Theolog. Doctoris Celeberrimi, VVitebergensis ac Brunsvicensis Ecclesie quondam Superintendentis vigilantiss. ac demum Sereniss. ac Potentiss. Electoris Saxonie Concionatoris aulici primarij, filiam, quam ei fratres tres, SS. Theol. Doctores eximij cum sororijs unanimi cōsensu propriam dicaverunt. Quo in conjugio sanè exoptato & tranquillo pulchrâ prole duplici, utriusq; sexus eum hæc Castissima & pudicissima uxor fecit parentem, videlicet Polycarpo & Anna-Elisabetba, quæ utraq; quando ab Amplissimi & Prudentissimi hujus Urbis Senatus Spectatissimis Dnn. Delegatis vocabatur Rostochium, cum morbo conflictans decubuit: Ipse autem Pater fore sperans, ut liberos pristinæ valetudini restitutos rebus apud nos ex sententiâ confectis, reviseret & huc traduceret, longum vale, &, ut eventus docet, ultimum dicens carissimæ Conjugi & liberis tenellis in viam se dat, salvus advenit, & quum Amplissimo Senatui, alijsq; auditoribus sua dona in concionando (nam de alijs ingenij dotibus & virtutibus jam antea constabat) probasset, SS. Theologiæ Professor, Celeberrimi Theologi, Dn. D. Joannis Affelmanni p.m. successor, & Pastor ad D. Jacobi eligitur, die 19. hujus mensis: post Reverendo Ministerio sistitur, & jam facta transacta erant omnia, nihilq; restabat, nisi ut utrumq; munus ac Spartam, quam nactus erat, quod volebat & poterat, porrò ornaret. Verum illi, in cujus manu sunt omnia, aliter visum est, quando quidem incidit in morbum periculosum *ωερω ευνοιας*, ad quam accessit febris continua. Hic quamvis Medici Expe-*

Experientissimi ad summam diligentiam ac curam accuratissimam nihil facerent reliqui, tamen vicit vis morbi naturam & artem, & ille, qui alios in mortis articulo constitutos jam erat solatus alibi, & apud nos solaturus deinceps, seipsum incipit erigere, se, suam conjugem, liberos, & miserè afflictam Ecclesiam, cujus vicem dolebat, Deo commendans in timore ac ardenti invocatione Dei, animam, ei qui dederat, reddidit 27. die hujus mensis inter II. & 12. horam, tristeq; sui desiderium multis relinquens, cujus successor in terris, quod ad munus Ecclesiasticum attinet, factus erat, ejus in via ad cælum signata vestigia pressit, eadem anno recurrente septimanâ, quâ ille prior decesserat. Alia plura de hoc viro magno dicent alij, qui eum norunt propius, illoq; usi sunt familiarius. Nos ut hæc ex aliorum, quibus credimus, relatione literis consignaremus, studiorum communitio, & charitas Christiana monere visa est. Quod restat, omnes & singulos literatos, literatorumq; fautores, quod ab illis ipsa æquitas flagitat, rogamus peramanter, huic Doctori Theologo, piè defuncto, *hodie ad medium primæ ex templo Mariano eant exsequias*, ac inter eundem, quam vana sint omnia humana, piè expendant, Ecclesiam verò & rempublicam, totamq; hanc provinciam, & in ea urbem, quæ nostris Musis sedem benignè concedit, Deo suis precibus fideliter commendent. P. P. sub sigillo facultatis Theolog. Rostochla. d. 30. Decembris. 1625.

men. cy vide ad orationem
rheni de Pflpha.







the scale towards document

09A

Image Engineering - Scan Reference Chart - TE263 - Serial No.

ges ac Principes sæpè attoniti audivere : Sua-
eminentis vim , non secus ac Demosthenici
petum imperij Proceres sæpè sensere. De
non tantum privati, sed & publici partibus,
inis forma, de religionis purioris vindicijs,
ibus rectè instituendis, litium prolaxis telis
ad publicam salutem conservandam necessa-
ovellorum nostri ævi, novas Utopias somni-
lut alter Sulpitius, studio, usu, experienciâ, &
sed & archivis actisq; publicis haustâ scientiâ
planè lepore differebat. Deniq; Encomio Lucij
torû disertissimû & oratorû jurisperitissimû
t. Accedebat naturalis cum decenti venustate
ta gravitas, in divino cultu pietas, in homini-
s, in negocijs expediendis dexteritas, in adver-
peris continentia, in fortunæ instabilitate
quâ bonæ conscientiæ scuto munitâ, omnes
umniarum, invidiæ & livoris ictus ac morsus
repulit. Aulicis negocijs gravibusq; causis
& occupatissimus fuerit, semper tamen
in respexit, ejus ut quondam alumnus, ita
as defensor, imò & excultor perpetuus fuit.
ioz. viro consultissimo Joanne Albino, pandectarum Pro-
fente, eidem in officio susceptus & in collegium Juridici
us fuerit; præstitit se quoq; in hac vitæ statione fidum
siones crebræ, publicæ curæ & molestiæ, eum aulicos &
iri & Labeonis Jcti exemplo annum quasi cum labori-
quibus tamen cum sensim nimis irretiri & aulæ astringi
caria viri consultissimi Christiani Obmichij J. D. exitij,
demicum sibi creditam, luculenter fœneravit. Virtuti-
n adversus affectuum motus, & adversitatum impetus
mavit, seq; invictum reddidit : ast à morbis corporis se-
otius quò animo fortior, eò semper fait corpore debiliore
um in itinere quodam officij ratione suscepto, correptus
ti initio typum tertianæ simplicis gessit, ita non multò
sentavit, & in ædis inducijs indultis, majori paulò post
ruans, incrementum sumpsit, in quartanam degenerans,
Accesserunt lienis & mesaræi obstructiones, & quart-
ples scorbutus, perennis itidem à capite ad fauces & pul-
alcens indelinens tussis, cujus vehementia, venula pul-
monum